



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Philippvs Melanchthon Lectori Salvtem D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

P H I L I P P V S M E L A N C H T H O N
L E C T O R I S A L V T E M D.

P Ostquam Confessio Principum nostrorum publice prælecta est,
Theologi quidam ac monachi, adornauerūt Confutationem no-
strī scripti, quam cum Cæs. Maiest. curasset etiam in concessu Prin-
cipum prælegi, postulauit à nostris Principibus, ut illi Confutationē
assentirentur. Nostrī autem, quia audierant multos articulos impro-
batos esse, quos abijcere sine offensione conscientie non poterant, ro-
gauerunt sibi exhiberi exemplum confutationis, ut & uidere, quid
damnarent aduersarij, & ratlones eorum resellere possent. Et in talē
causa, que ad religionem, & ad docendas conscientias pertinet, arbi-
trabantur fore, ut non grauatum exhiberent suum scriptum aduersa-
rj. Sed nō poterant id impetrare nostri, nisi periculosisimā condi-
tionibꝫ, quas recipere nō poterant, nisi uellet se in disserimen certum
conjecere. Instituta est autem deinde pacificatio, in qua apparuit no-
stro nullum onus quamlibet incommodum detrectare, quod sine offen-
sione conscientie suscipi posset. Sed aduersarij obstinate hoc postula-
bant, ut quosdam manifestos abusus atq; errores approbaremus, quod
cum non possemus facere, iterum postulauit Cæs. Maiest. ut Principes
nostrī assentirentur Confutationi. Id facere Principes nostri recusa-
uerunt. Quomodo enim assentirentur in causa religionis scripto non
insperdo? Et audierant articulos quosdam damnaeos esse, in quibus
non poterant iudicia aduersariorum, sine scelere comprobare. Iusse-
rant autem me & alios quosdam parare Apologiam Confessionis, in
qua exponerentur Cæs. Maiest. caufie, quare non reciperenus Con-
futationem, & ea que obiecerant aduersarij diluerentur. Quidam
enim ex nostris, inter prælegendum, capita locorum & argumento-
rum exceperant. Hanc Apologiam, obtulerunt ad extrenum Cæ-
sare Maiest. ut cognosceret, nos maximū & grauissimū causū im-
pediri, quo minus Confutationem approbaremus. Verum Cæsarea
Maiest. non recepit oblatum scriptum. Postea editum est decretum
quoddam, in quo gloriabantur aduersarij, quod nostram Confessionem
exscripturū constaterint. Habet igitur Lector nunc Apologiam
nostram, ex qua intelliges, & quid aduersarij iudicauerint, (retuli-
mus enim bona fide,) & quod articulos aliquot, contra manifestam
scriptu-

scripturam Spiritus sancti damnauerint, Tantum abest, ut nostra sententia per scripturas labefactauerint. Quanquam autem inn Apologiam instituimus, communicato cum alijs consilio, tamen inter excudendum quedam adieci. Quare meum nomen proficer, quis queri possit sine certo autore librum editum esse. Semper hic natus fuit in his controveneris, ut quantum omnino facere possem, in tinerem formam usitatē doctrinā, ut faciliter aliquando coire a cordia posset. Neq; multo secus nunc facio. Etsi recte possem, longe abducere huius etatis homines, ab aduersariorum opinionibus, si aduersarij sic agunt caussam, ut ostendant se neq; ueritatem, neq; concordiam querere, sed ut sanguinem nostrum exorbeant. Et nū scripsi, quam moderatissime potui, ac si quid uideretur dictum apparet hic mihi præfandum est, me cum Theologis ac monachis, qui scrip- runt Confutationem, litigare, non cum Cæsare, aut Principiis quos, ut debo, ueneror. Sed siudi nuper Confutationem, & animali uerti, adeo insidiose & caluniosae scriptam esse, ut fallere etiam catos in certis locis posset. Non tractavi tamen omnes cauillationes. Esset enim infinitum opus, sed præcipua argumenta complexius ut extet apud omnes nationes, testimonium de nobis, quod recte & sentiamus de Euangeliō Christi. Non delectat nos discordia, nihil mouemur periculo nostro, quod quantum sit in tanta acerbia odiorum, quibus intelligimus accensos esse aduersarios, facile intul- gimus. Sed non possumus abiecte manifestam veritatem, & Ecclesiæ necessariam, quare incommoda & pericula, propter gloriam Christi & utilitatem Ecclesiae, perferenda esse sentimus, & confidimus, De probari hec nostrum officium, & speramus, & quoniam de nobis iudicetur posteritatis fore: neque enim negari potest, quin multi loci doctrina Christianæ, quos maxime prodest extare in Ecclesia, à nostris pa- facti & illustrati sint, qui qualibus, & quam periculis opinione obruti olim iacuerint apud Monachos, Canonistas, & Theologos phis, non liber hic recitare. Habetus publica testimonia multorum honorum virorum, qui Deo gratias agunt pro hoc summo beneficio quod de multis necessarijs locis docuerint meliora, quam passim legi- tur apud aduersarios nostros. Commendabimus itaq; caussam nostram Christo, qui olim iudicabit has controvenerias, quem oramus, ut respiciat afflictas & dissipatas Ecclesias, & in concordiam piam & perpetuam redigat.